CC BY NC SA

plagiarius, ii. *subs. m.* **plagiaria, ae.** *f.* COD Iust 5.17.8.3. **FORMA** plagiātor, oris [x2]; **b** Plagearia. **ETYM** plagium. [**FREQ** minima **8** [indicia] **0,48** [/d.c.m.] 57 CIC] *uocabulum scriptis litterariis aptum, saepius prosa, usibus mediis; necnon uersu usuque quotidiano inuenitur cum satiricos legas; et technicis apparet ad geographiam pertinentibus; inde a saec.* I *aec. proditur.*

VARIATIO		indicia	p/d.c.m. subc.
OPERUM	argumentalis	3	0,42
	exponens	2	0,68
	narratiua	2	0,37
	satirica	1	5,2
DIACHRONICA	I aec.	1	0,36
	I-II ec.	2	0,52
	III-V ec.	5	0,53
DIAPHASICA	media	7	0,51
	quotidiana	1	1,7
DIASTRATICA	litteraria	6	0,44
	technica	2	0,72
MODUS	prosa	7	0,48
	uersu	1	0,52

¶ **a** *magno seruorum numero in Imperio Romano exstante, fur fuit qui seruos alienos capiebat, seu emebat, postea uendebat, homines liberos quasi seruos • delincuente que robaba esclavos ajenos, o que compraba o vendía como esclavo a una persona libre* [**HYPER** fur **SIM** abactor[b]] 60-54 CIC Ad Q fr 1.2.6. Licinium plagiarium cum suo pullo miluino tributa exigere. 62 SEN Tra 8.4. Aut ego fallor, aut regnum est inter auaros, circumscriptores, latrones, plagiarios unum esse cui noceri non possit. 207 TERT Adu Marc 1.23. Talis assertor etiam damnaretur in saeculo, nedum plagiator. 345-420 HIER Epist 5.3. Magistrum autem pueri tui ... quem plagiatorem esse eius non dubium est, saepe Euagrius presbyter ... corripuit. 400 VULG Tim I 1.8. subditis, impiis, et peccatoribus, sceleratis, et contaminatis, parricidis, et matricidis, homicidis, fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, et periuris. 🕮 COD Iust 5.17.8.3. uir ... nec ullo modo expellat nisi adulteram, nisi ueneficam aut homicidam aut plagiariam. **GLOSS** 2.151.37. ψυχαγογός. 3.127.65. ἀνδραποδιστής. 4.377.35. abigeator. 4.528.21. qui mancipium uel pecus alienum distrahit seducendo. 4.548.21. qui mancipium uel pecus alienum distrahit seducendo. 4.548.20. qui inducit pueros et seducit seruos. 5.234.6. mancipiorum uel pecorum alienorum distractor. 4.548.20. qui inducit pueros et seducit seruos.

b *is qui libros ut suos uendebat naturaliter de plagio peccabat, sicut apud Martialem legimus, qui metaphoram concinnauit qua eius scripta ab eo migrauerant alterque ut suos uendiderat • en cuanto a su uso transferido como 'plagiador', evidente en el texto de Marcial, no tiene un significado distinto en la mentalidad romana; de hecho, creó una metáfora en la que unos escritos suyos se han sido liberados de su señor y otro los vende como propios* [**HYPER** fur **SIM** compilator] 84-85 MART Epigr 1.52.9. Commendo tibi, Quintiane, nostros - nostros dicere si tamen libellos possum, quos recitat tuus poeta-: si de seruitio graui queruntur, adsertor uenias satisque praestes, et, cum se dominum uocabit ille, dicas esse meos manuque missos. Hoc si terque quaterque clamitaris, inpones plagiario pudorem.

c *ad Venerem seductricem pertinuit, nisi* plagiaria *a* plaga *proueniret, quare implicatrix comprehenderetur • fue aplicado a la diosa Venus, como 'seductora', si es que* plagiaria *no proviene de* plaga, *en cuyo caso sería Venus 'liante'* CIL 4.1410 *Pompeis.* Venus enim plagiaria est, quia ex sanguine meum petit.

d *haec culpa a lege Fabia (c. anno 90 aec.) poena capitali primo plectebatur, postea uero in metalla damnabantur • este delito fue castigado por la ley Fabia (c. 90 aec.) con la pena de muerte o, posteriormente, al trabajo en las minas* 🕮 DIG 48.15.1. Si liberum hominem emptor sciens emerit, capitale crimen aduersus eum ex lege Fabia de plagio nascitur. 48.15.7. Poena pecuniaria statuta lege Fabia in usu esse desiit: nam in hoc crimine detecti pro delicti modo coercentur et plerumque in metallum damnantur. **GLOSS** 3.81.25. plagiator ψυχαγογός. 4.268.17. plagiatores seductores.

subs. f. Plagiaria, ae. **FORMA** *Plagearia.* GEO *Lusitaniae urbs, inter Emeritam Augustam et Olisiponem sita • la ciudad lusitana de Plagiaria, entre Augusta Emerita y Olisipo* [**HYPER NOMEN** urbs **HOL PROUINCIA**[c] Lusitania] 400 ITIN Anton Aug 419.5. Plagiaria m. p. VIII.